Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sunt dies. Erat quippe iam annus uice
simi. et requiescunt omnis domus israel post
dinum. Viri bethsamite pertinuerunt. quia
archa dni contuentur. qua qui ad diuine sci
entie contemplationem pertinent. a carnis
male sana ualetudine recedunt. Quanto
enim interior homo pinguescit et hilares
cit. tanto exterior homo deficit et con
tabescit. Septuaginta uiri de populo per
tinuerunt. per quos illi septuaginta exprimun
tur. qui a moyse ad tabnaculum electi
asscribuntur. qui partito in eis spiritu mo
ysi. ad regimen populi diuinitus perhibun
tur. Isti nempe sunt septuaginta xpi
discipuli. in quibus omnis comprehenduntur
ecclesie boni et electi plani. Quinquagin
ta etiam milia plebis pertinuerunt. quibus
omnis fidelium turbe exprimuntur. que per
diuine scientie participationem in
penitentia et continentia mortificantur.
Nam per quinquaginta penitentia de
signatur. unde et quinquagesimus psal
mus pprie penitentibus inscribitur.
Ad et spes ses per quem remissio peniten
tibus datur. quinquagesima die credenti
bus mittitur. in cuius typo quinquagesimus
annus iubileus in lege celebratur. Mit
tunt bethsamite ad habitatores
cariathiarim. ut descendant. et
ad se archam deducant. Per cariathi
arim que ciuitas siluarum interpre
tatur. roma dnam mundi. et gentium
caput figuratur. Ad quam perfer
to a bethsamis archa mittitur. et
in domo aminadab collocatur. quia
pater meus spontaneus interpretatur.
qua quicquid scientie et gratie a xpo ec
clesie tribuitur. romane ecclesie tan
quam matri omnium ecclesiarum seru
andum iure committitur. Per eccla

Expositio
cap VI

rum aminadab filium. qui ad custo
diam arcte sanctificatur. sacerdotium om
nium primus et summus pontifex roma
nus designatur. cui in uice petri a xpo
potestas ligandi atq; soluendi totius
ecclesie cura tanquam patri. tanquam a
dispensatori committitur. Qui bene ele
azarus nuncupatur. quia diu adiutorium
interpretatur. qua in diuine gratie auxilio
suffultus. quis hominum ad tanti dis
pensationis ministerium esse possit ido
neus. Ex qua die archa dni in cariathiarim
collocatur. dies multiplicantur. qua ex quo ecclesie fundamentum in
romana ecclesie securitate solidatur.
dignitatis et uentatis ecclasticae sta
tus. nulla uel persecutorum uel hereticorum
immanitate conquassatur. Iam quippe
est annus uicesimus. qui caritate dei et
proximi. qui scientia uetis ac noui te
stamenti. qui fidei ac boni actionis
merito totus est pluciduus. ex quo in
gabaa. id est in altitudine crucis. ex
pansis brachiis omnia ad se traxit di
filius. Vnde aminadab ille qui de
gabaa procedit. securus iam pro dnim re
quiescit. quia populis spontaneus ecclesie.
qui de mysterio crucis generatur. in fi
de spei et dilectione receptoris. cum
uite securitate iocundatur. Sequitur.
Dixit autem Samuel ad uniuersam
domum israel dicens. Si in toto cor
de uestro reuertimini ad dnm. auferte
deos alienos de medio uestri baalim
et astaroth. et preparate corda uestra dno.
et seruite ei soli. et eruet uos de ma
nu philistim. Abstulerunt igitur israel
baalim et astaroth. et seruierunt dno
soli. Dixit autem samuel. Congregate
omnem israel in masphat. ut orem pro uobis